



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De ciuitatib[us] refugij tra[n]s iordane[m]. ca. iij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Deuteronomii

iosue, quia quod moyses verbo tradidit: io-
sue redegit in scripto. Videt etiam Hierony-
mus velle quod magna iosue huius libri scripserit
partem. Verius videtur esse quod scriptus sit a
moyses, et loquitur moyses de se tanquam de alto.
Uel hoc in principio apposuit esdras: sic et
in fine de morte moysi, presertim cum circa finem
libri legatur. Scripsit moyses legem hanc
Et paulo post, Postquam scripsit moyses legem
hanc in volumine: precepit leuitis, tollite librum
istum et ponite in latere arce federis. Legit quoque
longo tempore post inuentus in hierusalibus
deuteronomius in arca.

Epilogus cum additionibus et determi-
nationibus.

Capitulum, II.

Madragesimo

quod anno ab exitu filiorum israel de egypto
pro, xj, mense, prima die mensis, vi-

des moyses diem mortis sibi imminere: locutus
est ad omnes filios israel, et cepit legem ex-
planare, congregans eos secundum iosephum ad iordanem
in loco ubi nunc ciuitas abthal est locis palmarum.
Sane recapitulationem moyses si persequentes
que supra dicta sunt omittent: superaddita dicemus,
quedam que videntur contraria memorabimus
determinando. Ita quoque in recapitulando

ait moyses. Dixi vobis illo tempore. Non vobis
leo solus negociare solus sustinere, date et

Supra i erod. cap. xviii. Egressus est autem
leo solus negociare solus sustinere, date et

vobis viros sapientes: et ponam eos tribunos
centuriones quinquagenarios et decanos. Hoc
videtur contrarium predictis. Supra enim consilio iero-
tro dixit hoc factum esse, vtrumque vero factum
fuit. Primo enim ad presidium loceri faciendum
secreto disposuit, postea auctoritate et assensu
populi compleuit. Quod etiam dicit hic moyses. Di-
xistis mihi Vitam viros qui considerent terram.
Supra vero legit dixisse dominum. Vitam
viros non est contrarium: quod ad suggestionem populi
presuluit dominum: qui dixit. Vitam. Ad pusillanimitatem
quoque eorum confortandam: iteravit moyses de victoria
og regis basan. qui restiterat de stirpe gigantum.
et in argumentum magnitudinis eius monstratur
lectus ferreus ipsius in rabath filiorum amon nouem
cubitos. huius longitudinis: et quattuor latitudinis.

De ciuitatibus refugii trans iordanem.

Capitulum, III.

Parauit moyses

tres ciuitates refugii trans iordanem
bosor in tribu ruben, ramoth galaad in tribu gad,
golan in basan in tribu manasse.
Harum hinc usus erat. Si quis nolens hominem occidisset:
fugiebat ad aliquam harum, et ibi a consanguineis occisi
tutus erat. Si enim extra fines alicuius harum inuenisset
eum, qui ultor sanguinis effusi esse debebat: impune
percutiebat homicidam. Erat autem in ea fugitiuus
usque ad reconciliationem cum propinquis, vel usque
ad mortem summorum pontificis: in qua huiusmodi
omnes fugitiui redibant securi ad portam. Tamen si
propinquus occisus si volebat illum impetere
quod volens occidisset: et coram ciuitatibus
vrbis eius hoc probarent: tradebatur eis ad occidendum.

De precepto dilectionis.

Capitulum, III.

Didit quoque

moyses Diliges dominum deum tuum
ex toto corde tuo et ex tota

anima tua et ex tota mente tua et ex tota fortitudine
tua. Addidit quoque cum de manna iteraret. Non
in solo pane viuunt homines: sed in omni sermone
quod procedit de ore dei. Panem vobis

cauit hic omnem cibum hominum.
Conuenit enim scriptura panem pro cibo
ponere. et est sensus. Nolite mirari si cibum
insolitum de dicit vobis dominus: quod non

Alibi ponuntur, et precepta.
Sed nota quod sub his duobus continentur illa.
Horum enim primum completum
triam. secundum continet septem.

in solis virtutibus cibis virtus hominis stabilita
est apud deum. sed solo verbo potest creare noua
ex quibus viuat homo. Addidit quoque
inter beneficia quod per. xl. annos in deserto
vestimenta eorum non defecerant
vetustate, nec solutares attriti erant.
et quod euaserant serpentes flatu
vires circumstantia. quod ob hoc forte
supra dixit ignitos, et scorpiones,
et displades, que latine situle dicuntur,
quod perimunt hominem sitim, et adeo
parue sunt: ut cum calcantur vix
videantur cuius venenum ante extinguitur
quod sentitur, nec tristitiam sentit
moriturus. Dicit autem situla per
contrarium, vas enim quod situla dicitur
aufert sitim, hec affert, sicut probaretra
quod infert mortem, feretrum: quia fert
vel aufert mortuum. Et etiam ostenderet
que necessi